



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

Gefördert durch

**DFG** Deutsche  
Forschungsgemeinschaft

## **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB  
Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."**

**Justa Debita Quibus Pios Manes Generosi ... Domini  
Henrici De Meier, Icti Consummatissimi, Inclytæ  
Reipublicæ Patriæ Bremensis Consul Senioris  
Cummaxime Præsidis Gravissimi Meritissimi Necnon ...**

**Meier, Hermann**

**Bremæ, 1747-03-09**

**VD18 90465490**

**Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

Signatur: brem.a.0619-72

[urn:nbn:de:gbv:46:1-181277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-181277)

JUSTA DEBITA

QUIBUS

PIOS MANES

GENEROSI PERILLUSTRIS ET PER-  
QUAM MAGNIFICI VIRI DOMINI,

DOMINI

HENRICI  
DE MEIER,

ICTI CONSUMMATISSIMI, INCLYTÆ REIPUBLI-  
CÆ PATRIÆ BREMENSIS CONSULIS SENIORIS  
CUM MAXIME

PRÆSIDIS

GRAVISSIMI MERITISSIMI

NECNON

ECCLESIARUM AGRĪ BREMENSIS

VISITATORIS VIGILANTISSIMI

&c. &c.

AVUNCULI SUI DESIDERATISSIMI ATQUE DILECTISSIMI  
PROSECUTUS EST

HERMANNUS MEYER

Sacr. Sanct. Theol. Stud.

BREMÆ

TYBIS VIDUÆ B. HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, QUONDAM ILLUSTRIS  
GYMNASII TYPOGRAPHI.



heu quam lugubris tota vulgatur in  
Urbe

Cunctaque lucti sono fama dolore  
replet?

PRÆSES, qui summas rerum moderatur habenas

Res innixa cui publica salva stetit:

Quem Procerum immedio septem plus lustra vide-  
bant

Curantem strenue commoda, Brema, tua  
Qui iusti rigidus semper defensor & æqui

Qui temere adfluctis Tutor ubique fuit:

Quo sacra Musarum valido gavisa Patrono

Quemque sibi facilem sensit adesse Cohors:

Incorrupta animo pietas in fixa manebat  
Fulgore exornans omnia facta sua:  
In quo vix fatis admiranda modestia, summis  
Immortale decus quæ solet esse viris:  
Qui, quocumque modo poterat, firmare aliorum  
Commoda, censebat muneris esse sui:  
Denique virtutes in se qui junxerat omnes  
Quæ possent statui conciliare decus;  
Proh dolor! abripitur fato jam functus acerbo  
Et cives inter definit esse suos?  
Quis non lugeret, lacrymas non ora rigaret  
Nec querulas voces ederet atque sonos?  
Cum præstans ædeo, meritisque tot inclutus amplis  
Virque tot insignis dotibus intereat.  
Hic vero luctus, subito, qui concutit omnes,  
Et mea præcipue corda stupore replet.  
Infertur tumulo consanguinitate propinquus,  
Propensique animi plurima signa dedit.  
Non secus ac patrio qui me complexus amore  
Quemque patris mea mens est venerata loco.  
Sed quid narrando juvat exaugere dolores,  
Et nimio luctu conduplicare malum?  
Hinc lacrymas, queribunda Domus, genitusque  
tremescentes  
Sistite jam cives ac cohibete pios.  
Quod dispensat enim Deus, æqua mente ferendum  
Contentosque ejus nos decet esse viis.

Illius immeritum donum est, tot PRÆSIDE nostro  
Annorum spatio nos potuisse frui.  
Non ergo Illustris tua nostro gaudia fletu  
Rumpemus, summo quæ capis ipse gradu.  
Membra catenato vitæ lassata labore  
Grato jam somno tecta fruuntur humo.  
Mens tua cœlestes adiit jam læta cohortes  
Gloriam & agnoscit concelebratque Dei.  
Imposita est capiti non corrumpenda Corona  
Sceptraque cum Christo tempus in omne tenes.

